

EPICEDIUM

3

honorū memoriæque
Nobilissima, decentissimisque virtutibus egregie conspicua Matrona

EVÆ MARGARETÆ
BEKKERIDIS,

VIRI

Amplissimi, Clarissimi ac Doctissimi,

DN. M. CHRISTOF-HEINRICI

Lauterbachs/

Lycæi Johannitani Halberstadiensium Rectoris præclarè meriti & adhuc merentis,

Conjugis desideratissimæ:

*Qua die 15. Febr. 1642. nata,
die 23. Nov. 1677. denata,
ex merito scriptum*

&

Ab Amicis quibusdam,

Moestissimi Dn. Vidui quondam Discipulis, nunc in Illustr. Julii studiorum causa commorantibus, in quacunque tristis hujus casus solatium, dedicatum.



HELLMESTADT, Typis JACOBI MULLERI,

DIALOGUS

Consolantium & Dn. Vidui

CONS.

Ager mille doloribus!
 Quid desiderio non superabili,
 Multis nec sine lacrimis,
 Moesta prosequeris Conjugis optima,
 Fautor, funera nania?

Quid raptam revocas, flebilibus modis
 Urgens? Nec Tibi vesperâ

Nec surgente, Tibi cedit amor, die?
 Absint sollicitudines

Lente: si quid adhuc illius obtines,
 Qui firmare tabantium

Mentes consilio noverat; illius,
 Æquum, polliciti, fore

Et letis animum rebus & asperis.
 Decertans Aquilonibus

Quondam nauta, citis puppibus occupat
 Portum: Nec pater imbrium,

Æternas pluvias precipitat, Notus.
 Et, Tu, desine lugubris

Clamoris, miseri vulneris immemor.
 Nam frustra pius es, Tuam

Poscis quando Deum, non ita creditam!
 Me vero bene mutuis

DN. VID. Fidum sollicitat pectus amoribus.

Non sim mitior anguibus

Mauris, nec rigidâ mollior esculo;

Ni mores Viduum aurei,

Ni certo stabilis fœdere castitas



Cur Oel, virtutis integre,

Ablata Socia, Me gemere in modum.

Proles occubuit: jacet

Charis pignoribus Fœmina charior!

Prolis fata tuli: Sed Hæc,

Hæc Me surripuit, surripuit Mihi.

Ætas non ita vinitor

Luget damnificâ grandine vineas:

Intactus modo vitibus

Ipsis constet honos, constet adhuc vigor.

Sit nudata suas opes

Arbor, difficili tristis ab Africo:

At non spes ideo tamen

Fœtus arborei cuncta reciditur:

Hic spes occidit! occidit

Spes omnis! Nihil est ab! reliquum Mihi!

CONS. Ergo perpetuus premit

Longâ nocte Piam torpor, Et invidus

Ingratis lacrimabilem

Jam captam retinet compedibus sopor?

Virtus immeritam mori

In fontes nê vetet ducere nectaris

Succos: nec liceat bonâ

Tandem compositam pace quiescere?

Felix est: Tenet igneas

Arces: Sprevit humum, visere gestiens

Que regnata Deo domus

Fulgens exhibeat gaudia; jam diu

Pura labe paraverit

Que sancti bonitas premia Numinis.

Ovid

Quid nunc fles ita Comparem,
Quæ Christi roseis excubat in genis?
Hic cur præniteat Tibi,
Vir Prudens, doleas plus nimio, cave.
Est tempus prope candidum.
Dulcem restituet quod Tibi Conjugem:
Fors & mox melior novam
Vitem fors viduam ducet ad arborem.
DN. VID. Sis felix igitur, mea
Felix, pars anima, sis ter & amplius!
Fixum perpetuo, semel
Quod vexit fugiens hora, manet. Fidem
Si vel blandius Orpheo
Pango moderer: non redeat vigor.
At curis procul omnibus
Gaudens cœlituum tecta per ambulas,
Tu, rebus columnen meis.
Nostri vive tamen, vive tamen memor:
Te, Te, nostra, velut decus,
Mens desideriis icta fidelibus
Quærit nocte, die, suum.
Sponso nunc alio Tu magis ardeas,
Qui sit sidere pulchrior.
Me turpet macies, luridus & genas
Tristes inficiat color.
Acris Te Mihi vis eripuit: Mihi;
Qui sum, qui maneo tuus;
Reddet Te bonitas Numinis optimi.
Et Nos hanc alacres viam,
Cum visum Superis, ibimus, ibimus!

EV

T

DN

Lycéi

Moestiss
Fu



U M

ve
irtutibus egre-

GARE-

RIDIS,

ctissimi,
HEINRICI

sium Rectoris præ-
merentis,

imæ:
. nata,
. denata,
tum

usdam,
cipulis, nunc in Illustr
antibus, in quale-
is solatium,



BI MULLERI,

